



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

**Dionysius <Cartusianus>**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 D 1926**

De triplici præcepto veteris legis, & specialit[er] de præceptis moralibus  
art 3

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38702**

D. DIONYSI A RICK. CART.

Deut. 10.

dominus deus dederit tibi terram hanc, cum durissime  
ceruicis sis populus, & rursus, Dilexit dominus p̄ses tu  
os, & elegit semen eorum post eos. Querere autem,  
cur potius deus ex illo populo incarnari volebat quā  
ex alia plebe, simile est ac si queratur, cur vnum trahat  
& alium non trahat, quod quare contingat noli inter-  
rogare, si non vis errare. Quoniam ergo lex vetus solis  
Iudæis præstita fuit, ideo alij non tenebantur ad eam.  
Propter quod Dionysius .9. cælestis Hierarchiæ capite affir-  
mat, multos gentilium per ministerium angelorum  
ad deum conuersos sine mosayca lege. Veruntamen quia  
lex vetus manifestatio extitit legis naturæ, & alij sup-  
addebat, idcirco omnes tenebantur ad eam quantum ad  
præcepta moralia, quæ continebat in tantum & eo mo-  
do, quantum & quomodo erant præcepta legis naturæ  
non quia erant præcepta legis scriptæ seu veteris atque  
mosaycæ. Rationabiliter demum data est lex vetus nõ  
ab origine mundi vel Abrahæ sed Moyssi, ad confunden-  
dam reprimendamque humani cordis superbiam. De du-  
obus enim homo potissime superbiuit, videlicet de sci-  
entia atque potentia. De scientia quidem, quæsi naturalis ra-  
tio ei sufficere posset. De potentia quoque, tanquam per  
propriam potestatem legem implere valeret, horum vero  
vtrumque manifeste falsum apparuit tempore Moyssi, quæ  
ad idolatriam & innaturalia atque turpissima vitia de-  
clinabant. Tunc ergo opportunissime atque conuenientis-  
sime data est lex per quam secundum apostolum est cog-  
nitio peccati, tam in adiutorium bonis quam in conu-  
ersionem malignis. Ideoque ad Romanos .8. scribit apo-  
stolus. Quod impossibile erat legi in quo infirmabatur  
per carnem, misit deus filium suum, ut iustificatio legis  
impleretur in nobis per dominum nostrum dei vnige-  
nitum qui est super omnia deus sublimis & benedictus  
Amen.

Rom. 7.

¶ De triplici præcepto veteris legis, &  
specialiter de præceptis moralibus,  
Articulus tertius.



EPITO. PARS SECVN.

**Q**uæ est alia gēs sic inclyta, vt habeat cerimo-  
 nias iustaq; iudicia, & vniuersam legem, Ver-  
 ba sunt hæc Moyſi hominis dei in dño glori-  
 antis, ſuper omnibus bonis quæ tradidit Iſraeli. Tripli-  
 cia autem præcepta quemadmodum in libris his tangi-  
 tur, Lex vetus continuit ſcilicet, moralia, ceremonialia  
 & iudicialia. Præcepta vero moralia appellantur, quæ  
 ad bonos pertinent mores, & de actibus virtutū imme-  
 diate donantur, vt illud non furtum facies, non concu-  
 piſces rem proximi tui, quæ ſunt actus iuſtitiæ. Lex em̄  
 diuina ad dei dilectionem homines reducere & ordina-  
 re intendit, quoniam ſcriptum eſt. Sancti eritis quoniã  
 ego ſanctus ſum. Et iterum. Perfectus eris & abſq; man-  
 cula cum domino deo tuo, cui concordat quod in euan-  
 gelio legitur. Eſtote perfecti ſicut & pater veſter cæle-  
 ſtis perfectus eſt. Cum ergo ſimilitudo ſit cauſa amoris  
 iuxta illud, Omne animal diligit ſibi ſimile, elu. eſcit q̄  
 homo ad dei amicitiam pertingere nequit, niſi per actū  
 virtutum ſanctus & deo conſimilis fiat. Ideirco lex di-  
 uina præcepta moralia aſſignauit, vnde Eccleſiaſtici. 17.  
 habetur. Deus ab initio conſtituit hominem, et reliquit  
 eum in manu cõſilij ſui, id eſt, i liberi poteſtate arbitrij  
 adiecit illi præcepta. Denique diuinæ legis intentio eſt  
 homines conuenienter diſponere, tam quo ad ſeipſos,  
 quam in ordine ad deum. Horum vero vtrumq; eſt de le-  
 ge naturæ ſeu naturalis rationis dictamine in commu-  
 ni, ſed oportuit vtrumq; determinari in ſpeciali, quãtũ  
 ad modum colendi deum, & item quantum ad modum  
 obſeruãdi iuſtitiã inter homines. Illa ergo præcepta q̄  
 determinant præcepta moralia quo ad deum, aſſignan-  
 do ſpeciales modos ſeu ritus cultus diuini, ceremonialia  
 nominantur. Quæ autem determinant præcepta mora-  
 lia quantum ad homines, tradẽdo ſpeciales modos ſer-  
 uandi iuſtitiã inter hoĩes, iudicialia dicta ſunt. Cum em̄  
 homo ex anima & corpore componatur, ordinatur  
 ad deum non ſolum per ſpeciales interioresq; actus, vt  
 ſunt credere, ſperare, diligere, verum etiam per actus  
 exteriores atq; corporeos, vt ſunt ſacrificia, obla-

Deut. 4.

exod. 20.

deut. 18.

Matt. 5.

eccle 13.



tiones per quæ homo diuinam seruitutem proficitur,  
 & de talibus actibus ceremonialia dantur præcepta.  
 Præcepta igitur ceremonialia ac iudicialia ex instituti-  
 one sortiuntur virtutem, & a deo p Moysen data sunt  
 sicut in Deuteronomio ipse testatur. Decem inquit,  
 verba scripsit deus in tabulis duabus, vt docerem vos  
 ceremonias atq; iudicia. Præcepta vero moralia a deo  
 immediate sunt data, eo quod naturali rationi inscri-  
 pta ac indita sint. Ait autem Augustinus in libro de spi-  
 ritu & litera: quod lex illa mosaica occidere occasio-  
 naliter perhibetur etiam quo ad præcepta moralia,  
 in quantum præceperat bonum, non impediens auxili-  
 um gratiæ ad implendum. Præter prædicta quoq; præ-  
 cepta ponuntur in lege quædam mandata, quæ nõ sunt  
 omnino ad salutem necessaria, sed præcipiuntur tanq̃  
 vtilia, & ad obseruantiam principalium præceptorum  
 accommodata, vt est illud in Exod. Si acceperis pignus a  
 proximo tuo, añ solis occasum restituas ei, atq; similia  
 quæ proprie nõ dicuntur præcepta, quia simpliciter nõ  
 obligant sed mandata. Ideoque Hierony. dicit. In præ-  
 ceptis iusticia, in mādatis vero est charitas. Quamuis autē  
 cuncta præcepta moralia naturali rationi concordent  
 & pateant non tamē æqualiter. Nam quædam adeo pla-  
 na sunt, vt mox prolata omnibus innotescant, vt de ho-  
 noratione parentum, de non committendo homicidio,  
 Quædam vero maiori consideratione circumstantiæ  
 egent, & approbatione sapiētum, vt illud, Corācano ca-  
 pite consurge, & honora personam senis. Alij q̃ autem  
 diuina egent illuminatione, vt de non faciendo scup-  
 tili atque constabili. Decem autem præceptorum tria  
 prima spectāt ad deum. Tria namq; debet subiect<sup>o</sup> pla-  
 to seu principi, fidelitatem, ne ei<sup>9</sup> honorē alienis impē-  
 dat, vel ad alios referat. Hęc ergo fidelitatem deo altis-  
 simo impendendam concernit ac iubet primum manda-  
 tum dum dicitur. Non habebis deos alienos. Secundo  
 debetur prælato reuerentia ne offendatur, ad quod per-  
 tinet secundum mandatū. Nõ assumes nomen dei tui in-  
 vanū. Tertio debet plato debitus famulatus de q̃ datur

Hebr. 7.  
Deut. 9.

2. Cor. 3.

Exod. 22.

Leuit. 19.  
Exod. 20.  
Deut. 5.

Exod. 20.



EPITO. PARS SECVN.

tertium mandatū quo dicitur . Memento vt diem sab-  
 bati sanctifices . Inter præcepta quæ decalogi de sola ob-  
 seruatione sabbati, & non de aliarum celebratione solē  
 nitatū fit mentio. Nā oēs veteris legis solemnitates in-  
 stitute sunt in commemoratōne alicui⁹ hūficij dei, vel  
 p̄teriti cuius agebat memoria, aut certe futuri cuius re-  
 præsentabat figura. Omnium vero diuinorum beneficiorū  
 commemorandorū primum atque præcipuum est mun-  
 di creatio, ob cuius memoriā instituebatur sanctificatio sab-  
 bati, vt cum Moyses dixit . Memento vt diem sabbati  
 sanctifices, cām adiecit & ait: Sex enim diebus fecit de⁹  
 calum & terram. Oīm autē beneficiorū dei p̄figurādoꝝ  
 excellentissimum fuit, quies mentis in deo, nūc quidem  
 per gratiam, & in futuro per gloriā. Et hæc quies etiā  
 moraliter figurabatur, per obseruantiam sabbati. Cæ-  
 teræ vero solemnitates celebrabantur in memoriā  
 alicuius particularis beneficij temporaliter transcu-  
 ris, quemadmodum solemnitas Phæse, in commemora-  
 tionem liberationis patrum ex Aegypto, & in figuram  
 passionis Christi quæ temporaliter transijt. Considerā-  
 dum quoque quod decem præceptis decalogi quæ per  
 se omnibus faciliter innotescunt, surperadduntur alia  
 quædam præcepta moralia non adeo manifesta, sed ta-  
 men reducuntur ad decem principalia. Primo enim præ-  
 cepto decalogi quo cultus alienorum deorum prohibe-  
 tur, adduntur præcepta eorum prohibitiua, quæ ad idolo-  
 rum cultum disponit, Quemadmodum Moyses in Deu-  
 teronomio iussit . Non inueniatur in te qui lustrat filiū  
 suum aut filiam ducēs p̄ ignē, nec maleficus, vel incanta-  
 tor, nec qui pythones consulat, neque diuinos, aut qui  
 a mortuis quærat veritatem . Secundo præcepto quo  
 prohibetur periurium, superadditur, prohibitio falsæ do-  
 ctrinæ . Tertio autem quo dei obsequium præcipitur  
 omnia præcepta ceremonialia adiunguntur. Quarto quæ  
 quod est de honoratione parentum, adiungitur præ-  
 ceptum de honoratione senum, & omne quod ad reueren-  
 tiā alijs exhibendam inducit, Quinto autē quod est de, phibi-  
 tione homicidij, addit, prohibitio odij, oīsque violationis in

Exod. 10.  
 Gene. 1.

Deut. 18.



Leuit. 19.

proximum, quēadmodum in Leuitico legitur: Non stabis cōtra sanguinem proximi tui, & ne oderis fratrem tuū in corde tuo. Sexto præcepto quo adulterium prohibetur, prohibitio additur meretricij vicijq; contra naturam. Septimo quo furtum vetatur, addicitur prohibitio vsuræ, calumniæ atq; rapinæ. Octauo autem præcepto quod falsum testimonium prohibet, additur prohibitio falsi iudicij, detractionis quōq; atq; mendacij. Sed alijs duobus nulla adduntur, quia per ea omnis concupiscentia mala vetatur. Nunc ergo quoniam omnipotenti deo fidelitatem, reuerentiam, & famulatum debemus, offeramus ei mentem vera fide synceram, de qua Ieremias testatur. Domine oculi tui respiciunt fidem. Reueramur in super eum, circumspecti & anxii, ne offendamus dei ac iudicis nostri præsentiam, sed & minustremus ei non negligenter ne maledicamur, sed vt

Ios. 14.

Iosue monet, corde perfecto atq; verissimo.

¶ Sermo de præceptis ceremonialibus veteris legis & de rationibus sacrificiorum legalium.

Neb. 10.

**V** Mbram habens lex futurorum bonorū, non ipsam imaginem rerū, nunquam potest accedentes perfectos facere. Sicut ostensum est, ceremonialia præcepta ordinantur ad cultum diuinum. Cultus autem dei est duplex, videlicet interior atq; exterior, & sicut corp<sup>o</sup> ordinat ad animā, & per eam ad deum, sic cultus dei exterior ad interiorem cultū refertur, in quātum disponit ad ipsū. Cult<sup>o</sup> yō interior in vnione mētis ad deum, per intellectū & affectum consistit. Idcirco sectum quod mens rationalis deo per intellectum & affectum diuersimode coniungitur, & secundum hoc exterior cultus diuersificatur. Quoniam ergo in patri deus per spēm clare & absq; velamine a beatis conspicitur ideo cultus beatorū exterior nō est figuratiu<sup>o</sup>, sed in laude dei consistit, quæ ex interiori cognitione & affectione procedit, quemadmodum Esaias fatetur. Gaudium & læticia inuenietur in ea gratiarum actio & vox laudis. In vita autem præsentī diuinā veritatem in seipsa videre non possumus, sed repræsentatur nobis sub sen

esai. 51.